

1524. & 20. Julij

159

Andreas Cricius episcopus Premisl:
ensis, Sigismundo primo regi Polonie.

57

Sacra regia maiestas et domine, domine de:
mentissime. Post humillimam mei, servitio:
rumque et orationum mearum commenda:
tionem. Hactenus post irruptionem hostium
nihil scripsi maiestati vestre serenissime
de his que agebantur, propterea quod non
solum mihi qui utique longius aliquanto
aberam, sed et his quorum maxime intere:
ret, nihil non scire, prorsus interta et con:
fusa erant omnia. Post actam vero eam
tragediam malui et decentius putavi, ut ma:
iestas vestra serenissima potius ab ipsis
actoribus, rem uti esset, quam à me au:
ditore, cognovisset, prout iam factum non
dubito. Restat de futuro, provisio hec nul:
lum hic non habet sollicitum. Ego quid
in his rerum turbibus egerim, quantum
hortatibus, supplicationibus et sumptu incur:
buenim reclamantibus etiam acriter tenui:
bus meis oculis, non commemorabo, cum
omnia maiestati vestre serenissima debeam,
neque adhuc quidquid est opis et viuum
mearum ad obvianandum periculis, que non
foris solum sed et domi imminant, pre:
termittam. Me sacra maiestati vestre hu:
millime commendo. La Radimno die

sancte

sanctae Margaritha virginis, anno Domi:
ni millesimo quingentesimo vigesimo
quarto.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]